Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nem ubi erat iohes baptizans.
Ave maria gratia plena dnus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. off.
Haec nuc dne munera secr.
sanctifica et concede. ut per hec veneranda sacrificia pane celesti refecti merantur. P. Co. Ecce ego concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Cpl.
Sumptis muneribus dne quesumus: ut qui sacrosancta ad ecclesie tue mysteria accedunt nutrire salutem efficiantur. P. Ifia tnj. lcon e. b. petri apli.
Rnum. Vnum hoc non lateat vos: qa unus dies apud deum sicut mille anni. et mille anni sicut unus dies. Non tardat dns promissis, sed patienter agit propter vos nolens aliquos perire. sed omnes ad penitentiam fieri expectat. Adveniet autem dies dni ut fur in nocte, in quo celi magno impetu transibunt. elementa vero calore dissolvent. Cum autem hec ota dissoluenda sint qles oportet vos esse in sctis conversationibus et pietatibus expectantes et festinantes in adventu diei dni. per quem celi ardentes solvent. et elementa ignis ardore tabescent. Novos vero celos et novam terram. et promissa ipius expectamus. in quibus iustitia habitat. propter quod ergo hec expectantes. satagite immaculati et inviolati et inventi in pace. S. matheum.
Illo t. Videns iohes multos physeorum et saducaeorum venientes ad baptismum suum. dixit eis. Progenies viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira. facite ergo fructum dignum penitentie: et ne velitis dicere in ipsa vos patrem habemus abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis: suscitare filios abrahe. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omis ergo arbor que non facit fructum bonum excidet et in ignem mittet. Ego quidem vos baptizo in aqua in penitentiam. qui autem post me venturus est. fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni. Ifia vj. lcon e.
Rnum. Hacenus b. Jacobi apli.
bonum et non facientes peccatum est illis. Agite nunc diuites plorate ululantes in miseriis vestris, que adventent vobis. Divitie vestre putrefacte sunt: et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum vestrum et argentum erugine aruerunt. et erugo eorum in testimonium vobis erit. et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iam in novissimis diebus. Ecce merces operariorum vestrorum qui messuerunt